

ESTICA  
A. 5085

14.

205

869

1268

In discretissimam, Ornatissimi, Humanissimiq; Javenu,  
Dn.. PETRI SMALTZII, Hospitis sui dilectissimi,  
ORATIONE M,  
De divina Invictissimi Regis GUSTAVI ADOLPHI victoria,  
Contra Cæsareanum & Ligisticum exercitum, in pugna  
Lipsensi gloriofissime obtenta.  
EPIGRAMMA.

**T**e, GUSTAVE potens REX & fortissime, dignis  
Petrus Smaltzius hic laudibus ornat ovans:  
Proq; D E O, Regis GUSTAVI, reddit, ADOLPHI,  
Ingentes grates, prosperitate, BONO.  
Cunctaq; Petre, petis GUSTAVI, semper, ADOLPHI  
Regis ut ex animo vota secunda fluant.  
Omnes hoc quoq; nos facimus, faciuntq; Lutheri,  
Germani, qui de nomine nomen habent.  
Wittenbergensis docet, ad me scripta, Jacobi  
Martini magni, pagina nuper idem.  
Hic meus olim præceptor, REGIS Gideoni  
GUSTAVUM confert assimilatq; pio.  
Cælitus & missum Germanis dicit, ut ipse  
Afflictis rebus robur opemq; ferat.  
Huic Deus immisit robur peclusq; virile,  
Hostis ut haud timeat tela minasq; fert.  
Roborat hic populum, dubio terrore repressum,  
Compescens fremitus, dum furit hostis ATROX.  
Fortiter imperij, VESTER, defendit habenas,  
REX, Ecclesiæ restituitq; decus,  
Hec latabundus mihi dat nova Doctör, & optat,  
Ut GUSTAVUS REX vivat ovetq; dia.  
Jungimus huic nostrum votum: GUSTAVUS ADOLPHUS.  
REX VALEAT, VIVAT, VIVAT ADOLPHUS, Amen.

Script+ amicissimâ manu

L. WALLI. D.

6

## Coronarium HOC

SERENISSIMO ET POTENTISS.  
Principi ac Domino, Dn..

GUSTAVO-ADOLPHO,  
Suecorum, Gothorum, Vandalarumq; &c.  
REGI,

Magno Principi Finlandia, Duci Estonia &  
Carelia, Domino Ingria &c.

IN

Faustæ acclamationis symbolum,  
devotissimæq; gratulationis initium,

Subjectissimè offert

SYLVESTER IOHAN. PHRYGIUS  
P. Cæsarius, Sup. Schæidviensis.

Anno Christiano M. DC. XVII.  
17 Octobris.

HOLMIÆ,  
Excudebat Christopherus Reusnerus.

# Ad Deum Trin-unum, TOTIUS uNIVERSI

Effectorem & Gubernatorem Ter-Optimum,  
Piorum omnium,

Directorem & Protectorem Ter-Maximum,

## GUSTAVUS PRIMUS, PRO NEPOTIS,

## GOSTAVI ADOLPHI,

Fasces Regales Suscipientis,

Salute, successu, incolumentate.

I.

**S** Vecia Gustavo dum curvo poplite Regi  
Promittit sanctam tempus in omne fidem;  
Dum tumet insolitis Ubsalia lata triumphis.  
Igniferosq; vomit machina seva globos;  
Despicit augustus rutilo Gostavus Olympo,  
Æthereo sacrum cinctus honore caput:

Atq; ait; Rerum Rector, qui Regia donas  
Sceptra piis, adimis regia sceptra malis;  
Per sanctas ego te(legum Sator) invoco leges,  
Furaq; per sancti Numinis oro tui:  
Fac meus hac trabeam ferat in regione paternam,  
Fac meus hoc Gothicō regnat in orbe Nepos:  
Cœlica sintq; meo semper tua dona Nepoti,  
Qui modò fert nutr regia frena tuo.  
Rerum successus illi fortuna secundos  
Prospusat, & cedat non-malè quicquid agat.  
Omnia substrictis moderetur subdita loris,  
Rectidico tectos detegat ore dolos.  
Invisus nec sit locuples, nec spretus egenus,  
Sintq; illi parili dives, egensq; loco.  
Blasphemam verbi depellat acinace turbam,  
Qui temerant Christi sacra, fidemq; tui.  
Pacatum patrio tueatur acumine Regnum,  
Atq; sua genti Remq; decusq; creet.

---

## GOSTAVUS PRIMUS.

NEPOTI, GOSTAVO-ADOLPHO.

Dent alij Reges regalia munera, sacros  
Dent tripodas, Graji quos habuere Duces;  
Dentq; Duces aurum, rubros, viridesq; lapillos,  
Quos niger in viridi conterit Indus aqua;

Atq;

A 2

Dent

II.

Dent quacunq; vago sunt oblectamina mundo,  
Quæ rude pro magno Numinе vulgus habet;  
Ast ego, queis potui servire fideliter omni  
Regni curriculo, nunc tibi mitto Deas:  
Hisce (debet totis incumbere viribus) aula  
Hospitibus ne sit iama clausa tua:  
Hec pia sint omnes tibi Numinа culta per annos,  
Et quacunq; facis, te comitentur, iter.  
Admonitu quid opus? Nec es hac in parte monendus,  
Nam tuus hoc dudum pulvere sudat equus.  
Quid? Puer hæc quondam didicisti cuncta, priusquam  
Fila Patri rupit de tribus una Soror.

### III. GOSTAVUS PRIMUS VIRTUTUM COMITATUI.

O Nymphæ vestes removete dolentibus apias,  
Latitia vobis area vasta patet!  
Sumere regales vos rursus oportet amictus,  
Circumeat digitos gemma, corona caput.  
Ite piæ Comites (juga quid nive clausa tenetis)  
Libantes Regi munera dia novo.  
Muneribus quando certant regalibus omnes,  
Vos etiam imparibus plectra ferite modis.

IV. Diligo Tergeminum cordato pectore Regem  
Religio. Illius semper gaudeo jussa sequi.

Mellea Scriptura volvo monumenta, requiro  
Sollicita felix mente salutis iter.  
Nutrio sacratos hoc rerum turbine Mydas,  
Qui resonante Dei dogmata voce canunt.  
Debita concedo facundis tegmina Musis,  
Musica me sceptum turba gerente viget.  
Rex GOSTAVE soli Gotici Pater unio, fulcrum,  
Aura, caput, lumen, stella, medulla pedum,  
Ut divina tuas habiter benedictio turre,  
Spiritus urq; tuo corde sacratus agat,  
Sim tua simq; tui Regni pars parvula, quamvis  
Angulus hic minimus, vel mihi magnus erit.

Seu fundat radios jubar micantes,  
Seu nox sydereum jubar retundit,  
Præfigæ trutinæ revolvo mentis,  
Quid factos si opus; malæ deinceps  
Ne me pænitentia vel actionis;  
Prudenter dubias vices caducæ  
Sortis dispicio, mihi serena  
Quando se facie exhibet videndam.

Rex GOSTAVE soli Sueciæ Pater, unio, fulcrum,  
Aura, caput, lumen, stella, medulla, pedum,  
Ut Regno præsis Pylio vel senior ævo,  
Vt videat nomen laude virere Nepos,  
Sim tua, permaneamq; domus pars parvula, quamvis  
Angulus hic arctus, vel mihi vastus erit.

Pruden-  
tia.

Mel-

Mo-

Tempe-  
rantia.

Modus quod in rebus sit omnibus, rerum  
Quod temperatus usus,  
Quâ lege quisq; temperat suos ausus,  
Pios docebo cunctos.

Rex GOSTAVE soli Suecici Pater, unico fulcrum,  
Aura, caput, lumen, stella, medulla, pedum,  
Sim tua permaneamq; aula pars parvula, quamvis  
Angulus hic parvus vel mihi magnus erit.

Iustitia.

Res piâ cunctas hominum bilance  
Pondero; Rectum proprio antepono  
Commodo; adversis patulas recludo  
Partibus aures;  
Debitum fidis tribuo ministris  
Præmium, cuivis imitationum  
Sancta poscenti documenta justo  
Præbeo gressu.

Rex GOSTAVE soli Suecici Pater, unico, fulcrum  
Aura, caput, lumen, stella, medulla, pedum,  
Ut meritas pergam numeris contexere laudes,  
Cælorum donec mobile stabit opus,  
Sim tua, permaneamq; tribus pars parvula, quamvis  
Angulus hic arctus vel mihi magnus erit.

Fortitu-  
do.

Hic dum chara fovet viscera spiritus  
Mens immota manet mea:

Ut

Vt capti capiam tædia seduli,  
Nemo cogere me potest:  
Sævis propatria sponte periculis  
Objectare caput lubet,  
Et pro laude Deum fundere sanguinem  
Non derecto meum, modò  
Vires Christe mihi sufficias tuas,  
Cor flatuq; regas sacro.

Rex GOSTAVE soli Suecici Pater unio, fulcrum,  
Aura, caput, lumen, stella, medulla pedum,  
Ut tibi luccedant felibus omnia fatis,  
Vt sudore feras præmia digna tuo,  
Sim tua, permaneam generis pars parvula, quamvis  
Angulus hic minimus vel mihi magnus erit.

Lagior in tenues (non segnius imbre) Cohortes Libera-  
litas.

Largâ divitias manu:  
Sordida condo meas nec opes, nec prodiga inquis  
Illas dilapido modis:  
Prompta sed inde juvo quo vis moderatius, acri  
Qui me sollicitant prece.

Rex GOSTAVE soli Suecici Pater, unio, fulcrum,  
Aura, caput, lumen, stella, medulla, pedum,  
Vt te ponderibus cumulem radiantibus auri,  
Exuperant flavis, quod rotat Hermus, aquis.  
Sim tua, permaneamq; domus pars parvula, quamvis  
Angulus hic latus vel mihi vastus erit.

Sin-

Candor.

Singulis prosum; noceoq; nulli,

Scandalon nullum moveo; celebrem

Proximi nunquam maculo procaci

Scommate famam;

Mens quod interne meditatur illud,

Non coloratis radiata fucis,

Sed, piis veri stabilita fulcris

Lingua profundis.

Rex GOSTAVE soli Suecici Pater, Unio, fulcrum,

Aura, caput, lumen, stella, medulla, pedum,

Ut celebrem victura meis tua nomina libris,

Deq; tuo talis sanguine fiat avus,

Sim tua permaneamq; aula pars parvula, quamvis

Angulus hic minimus vel mihi magnus erit.

Fides.

Mandat inesse meis Fieri sermonibus; imis

Vetat abdita pandere fibris.

Non teneat sine me (quamvis laudabile) regnum

Tutæ bona munera pacis.

Semper amicitia mihi sit venerabile Numen,

Nec fadra prisca recingam.

Rex GOSTAVE soli Suecici Pater, Unio, fulcrum,

Aura, caput, lumen, stella, medulla, pedum,

Vt manus & calamus nullo non floreat & vo,

Sisq; nihil proavis fruge fideq; minor,

Sim tua, simq; tua dextræ pars parvula, quamvis

Angulus hic minimus vel mihi vastus erit.

Vir-

## Virtutum CHORUS

V.

## REGIÆ MAIESTATI.

Rex, benè-vive; loca stabili nos sede vagantes;

Inq; vicem charas, sicut haberis, habe.

## VIR Tutum Comitatus

VI.

## Regni Ordinibus.

Vos, quibus est dulces cœlorum didere gaudias,

Pigrities quænam vos maculosa tenet?

Anne etiam Rex hic dignus, quem lantibus amplius

Ad cœlos vestrum quilibet usq; vehat?

Des civis, des nobilitas, des vulgus honores

Turiferos, reddens pro Duce vota Deo.

Nontamen Æthiopum jubeo succendere fumos,

Aut fuso solvas vota crux Diis:

Sed gratare Ducem potius tibi carmine tantum,

Quo tua libertas vindice tutæ viget.

Nam fovet, auger, amat, servat, moderatur, honorat,

Suediacum nixu fervidoire solium;

Quam veterum quisq; Regum, dum sæviter olim,

Externas nostro trusit ab orbe manus.

Sed quid opus monitis? monitoris egere feruntur,

Quæ sunt Baotis simplicitate pares.

B

Ex-

ETIENNE

VII.

Eadem iisdem.

O Sueci Dominum tollite laudibus  
Excellsum; Pietas illius & favor  
In vos met rata sunt: nam nisi partibus  
A vestris vigili præsidio suo  
Staret, cum peteret gens fera Suecicum  
Regnum; prævalido turbine militum  
Trivisset Gothicos instar arundinis.

O Sueci Domino reddite gloriam,  
Qui vos eripuit calibus aucupum,  
Qui dextrâ Rabidos vindice contudit,  
Qui vobis (premeret cum atra necessitas)  
Acrem, fortanizum, magnificum, gravem  
Tutorem voluit mittere tempori.

VIII.

Ministerij, Academiz, & Scholarum totius  
Regni pro novo Rege, Votum  
devotum.

Cœlum pie Rex benigne <sup>7</sup> e s v,  
Regi (qui Suecicis præst̄ habenis,  
Qui nos, quiqz pios diu ministros,  
Qui nos quiqz sacras fovet Camenas,  
Sustentabit, alet, teget, favebit;  
Regi contribuas bonum, piumqz  
Regni curriculum, diesqz faustos,  
Vires ingenuas, salubre corpus,

Amans

Amans aethereæ cor & quietatis,  
Et pacis studium, integrosq; sensus,  
Ac post fata locum Beatiorem;  
Cœlum pie Rex, benigne Iesu.

GOSTAVO REDIVIVO

REGI SUO.

ix

SVECIA UNIVERSA

Nunc tibi Princeps mea meqz trado,  
Tu sinu gestes mea meqz molli;  
Ipsa ero casus tibi pignoriqz  
Fida per omnes.

REX GOSTAVUS-ADOLPHVS

Regno Suecico.

x.

Me quoq; cordatâ sub pectoris æde recondas;  
Atq; ita perpetuus sit volo noster amor.

SALA Fluvius.

xi.

Omnia fulmineo reboant dum recta boatu,  
Armato longis in equo concurritur hastis,  
Inflatus tumidis pompalis buccina buccis,  
Nubiferas senilim vastum se promit in auras  
Murmur, & hymnisona telluntur ad aethera voces,  
Adqz tuba cantum Dryades fluvijqz puellæ

B 2

Mol

Mollibus indulgent gressu pernice Choreis;  
Sicca Lacaonius versans ubi plaustra Bootes,  
Perficit Ubsalicas obliquo lumine sedeis:  
SAL A Pharetratas mox credit adesse phalanges.  
Ast caput ut gelidis mento-tenuis extulit undis,  
Suediacē gentis cernens nova gaudia, cernens  
GUSTAVO imponi fulvum diadema profatur:  
Quā Rhodanusq; Ligerq; fluunt, magnusq; Garumna,  
Quāq; regit tumidas Sequana clarus aquas,  
Eridanusq; senex & frater Tybridis Arnus,  
Cetraq; ex Italīs flumina nata jugis.  
Vistula quā Rhenus, Manus, Nicus, Ister & Albus,  
Et quā præterea flumen in orbe fluit,  
Rex GOSTAVE tuas laudes & facta revelans,  
Gens peregrina tuo nomine labra teret.



In effigiem

Serenissimi & Potentissimi Principis, ac Domini, D<sup>r</sup>.

## GOSTAVIA DOLPHI,

Suecorum, Gothorum, Vandalorumq;

REGIS,

Magni Principis Finlandia, Ducis Estoniae & Carelia,

DOMINI Ingris &c.

Fron te fides, oculis probitas, prudentia labris,  
Sacra genis Pietas, emicat ore favor,  
Incessu gravitas, animosum corpore robur;  
Mentis at ardores quis numerare valet?  
Nos secupsis quis hic est? Hic est GOSTAVUS-ADOLPHUS,  
Arctoâ sceptrum qui regione tenet.  
Hic Rex est, per quem Deus his facit otia terris,  
Nostraq; redduntur Biblia sacra typo.  
Hunc Rex Tergeminus claro cum stimate Regem  
Protegat, exaltet, servet, honoret, amet;  
Hunc etiam in columem Calebzos ducat ad annos,  
Suecica quo vireant curia, templa, scholas;  
Per placidâ tandem faciat nece lumina claudat,  
Ac soboles justum longa salutet avum.

Humilimus cliens F.

Sylvester Johan. Phrygius,  
S.S.

XII.

VIX

XIII.

### IN EANDEM,

Ante annos aliquor lusum.

*Si bene GOSTAVI Mētem iuearis ADOLPHI,  
Æthereo jures profūisse choro.*

*Seminum quod habet Patris memorabile servat:  
Si queat hunc factis & qui parare, VIR est.*

XIV.

### AD CHRISTUM

Pro Rege novo.

*GOSTAVI Ingenium, Manus, Res, Actio, Mores,  
In laudes vigeant omnia, CHRISTE, tuas.*

Pro Pace & Evangelij curriculo.

*Ne Deus omniregens, hostis det damna, Suecanos  
Fortiter Angelico robore cingat agros:*

*Nepatriaq; sinu, justus effusus in iras,  
Exstingui lucem derve, sinat vesuam.*



### GOSTAVUS-ADOLPHUS, REX &c.

Diutissimè Vivat

Deo Trin-Uni & Virtuti,

Constantino religiosior,  
Theodosio humanior,  
Augusto felicior,  
Trajano cordatior,  
Vespasiano clementior,  
Numà P. justior,  
Martiano tranquillior,  
Avo suo Beatior

In { Ecclesiæ patriæ tutelam,  
Reipub. languentis medelam,  
Piorum omnium clientelam.

Omnis Populus Sue-  
cicus animitus dicat  
A M E N.

